A. ramosius, pediculis lucidis et nigris. *Plum. fil.* 78. *t.* 95. *mala.*

A. nigrum ramosum maximum, foliis magnis trapezii in modum figuratis. *Sloan jam.* 23. *hist.* 1. *p.* 98. *t.* 59. *bona.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 263.

Rauthenförmiger Krullfarrn. W.

Habitat in Jamaica, Hispaniola. 24. *(v. s.)*

* 41. ADIANTUM *pentadactylon.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis ovato-rhombeis acuminatis inciso-dentatis, dentibus serratis. W.

Adiantum pentadactylon. *Langsdorff et Fischer ic. filic. t.* 25.

Fünffingriger Krullfarrn. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24. (*v. s. fructif.*)

Stipes *sexpollicaris trigonus aterrimus nitidissimus glaber.* Frons *sex- vel octopollicaris.* Pinnae *quinque, tri- vel quadripollicares.* Pinnulae *pollicares et majores late ovato-rhombeae acuminatae inciso-dentatae, dentibus serratis. Simile praecedenti, sed minus compositum, pinnulis tenuioribus, profunde dentatis, dentibusque serratis diversum.* W.

* 42. ADIANTUM *affine.* W.

A. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-cuneatis inciso-crenatis, crenis emarginatis, indusiis reniformibus. W.

Adiantum trapeziforme. *Forst. prod. n.* 460. *Schkuhr. crypt.* 113. *t.* 121. *b.*

Verwandter Krullfarrn. W.

Habitat in Nova Zeelandia. 24. (*v. s.*)

Sequenti affinior, quam A. trapeziformi. W.

43. ADIANTUM *Capillus veneris.*

A. fronde bipinnata, pinnulis obovato-cuneatis inciso-sublobatis, laciniis fertilium soro lineari-oblongo terminatis, sterilibus serratis. W.

A. frondibus decompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. *Sp. pl.* 1558. *Mat. med.* 226. *Huds. angl.* 460. *Mill. dict. n.* 1. *Scop. carn. n.* 1277. *Bolt. fil.* 24. *t.* 29. *Jacq. misc.* 2. *p.* 77. *t.* 7. *Smith. brit.* 3. *p.* 1138. *Swartz synop. filic.* 124.

A. petiolis ramosis, foliis flabelliformibus lobatis. *Hall. helv. n.* 1713.

A. ramis pinnatis, foliis circuli sectorem referentibus. *Sauv. monsp.* 245.

A. foliis coriandri. *Bauh. pin.* 356. *Moris. hist.* 3. *p.* 587. *s.* 14. *t.* 5. *f.* 6.

Adiantum. *Cam. epit.* 924.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 255.

Frauenhaar-Krullfarrn. W.

Habitat in rupibus Bavariae, Austriae, Helvetiae, Italiae, Angliae, Hispaniae, Galliae, Teneriffae, Jamaicae, Americae *meridionalis*, *insulae* Borboniae. ♃. *(v. v.)*

Species valde varians magnitudine frondis et pinnularum. W.

* 44. ADIANTUM *emarginatum.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis obcordato-cuneatis, sterilibus apice serrulatis, soris oblongis. W.

Adiantum emarginatum. *Bory in litt.*

Ausgerandeter Krullfarrn. W.

Habitat in rupibus ad latus torrentum insulae Borboniae. ♃. *(v. s.)*

Stipes *atro-fuscus nitidus bipollicaris semiteres.* Frons *bipollicaris et longior bipinnata.* Pinnulae *bilineares obovato-cuneatae apice profunde emarginatae, majores obcordatae lobis quandoque leviter emarginatis, steriles api-*

ce serrulatae, fructificantes ob soros oblongos integerrimae. Sori *oblongi. Valde simile praecedenti sed statura constanter minor, pinnulae nunquam lobatae semper obcordatae.* W.

* 45. ADIANTUM *cuneatum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongo-cuneatis sublobato-incisis, laciniis sterilibus serrulatis, fructiferis emarginatis, indusiis subrotundo-reniformibus. W.

Adiantum cuneatum. *Langsdorff et Fischer ic filic. t.* 26.

Keilblättriger Krullfarrn. W.

Habitat in insula Catharina Brasiliae. 24. *(v. s.)*

Stipes *sexpollicaris semiteres atro-fuscus nitidissimus glaber.* Frons *sexpollicaris triplicato-pinnata.* Pinnae *bilineares oblongo-cuneiformes sublobato-incisae, laciniis tribus vel quinque, in sterilibus apice serratis, in fructiferis soro terminatis emarginatis.* Indusium *subrotundum reniforme.* W.

* 46. ADIANTUM *tenerum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis divaricatis, pinnulis ovato-rhombeis superne sublobato-incisis, laciniis sterilibus serratis, fructiferis soro oblongo terminatis. W.

A. frondibus supradecompositis, pinnulis rhombeis obtusatis, superne inciso-lobatis, fructificationibus interruptis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1719.* *prod.* 135.

A. frondibus supradecompositis, pinnulis rhombeis obtusatis, superne inciso-lobatis, lobis denticulatis soriferis. *Swartz synop. filic.* 125.

A. erectum inordinate ramosum, caule tereti, ramulis et petiolis atro nitentibus. *Brown jam.* 88.

A. nigrum majus ramosum coriandri folio. *Sloan hist.* 1. *p.* 98.

A. fruticosum coriandri folio jamaicense, pedi-

culis foliorum politiori nitore nigricantibus. *Pluk. alm.* 10. *t.* 254. *f.* 2.
Zarter Krullfarrn. W.
Habitat in Jamaicae *umbrosis, cavernis.* 24. *(v. s.)*
Frons *divaricata.* Pinnulae *adultae semi-pollicares, diametro longitudinali transversalem aequante.* W.

* 47. ADIANTUM *fragile.*
A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis obovato-cuneatis indivisis apice crenatis, soris oblongis. W.
A. frondibus subsupradecompositis, pinnulis cuneato-obovatis subintegris, fructificationibus interruptis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1721.* *prod.* 135.
A. frondibus supradecompositis, pinnulis cuneato-obovatis, superne crenatis, crenis soriferis. *Swartz synop. filic.* 125.
Zerbrechlicher Krullfarrn. W.
Habitat in rupibus calcareis Jamaicae *australis.* 24. *(v. s.)*
Pinnulae *lineares vel sesquilineares obovato-cuneatae non incisae apice crenatae.* W.

* 48. ADIANTUM *concinnum.*
A. frondibus subtriplicato-pinnatis, pinnulis subrotundo-rhombeis obtusis subtrilobis, laciniis apice crenatis, indusiis subrotundis reniformibus. W.
Adiantum tenerum. *Schkuhr. crypt.* 112. *t.* 121. *exclusis synonymis.*
Adiantum concinnum. *Humboldt et Bonpland.*
Habitat ad Caracas *inque* Cumana. 24. *(v. s.)*
Stipes *atro-fuscus nitidus glaber teres quinquepollicaris.* Frons *sesquipedalis bipinnata vel triplicato-pinnata.* Pinnulae *majores trilineares subrotundo-rhombeae obtusae subtrilobae, laciniis apice crenatis.* Indusium *subrotundo-reniforme. Dignoscitur facile pinnulis inferioribus pinnarum primarium et secun-*

darium, rachi stipulae instar adpressis, quae tamen ut omnes reliquae petiolatae sunt. W.

* 49. ADIANTUM *fumarioides.* W.

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subrotundo-rhombeis obtusis indivisis apice crenatis, fructiferis integerrimis, soro lineari continuo terminatis. W.

Erdrauchartiger Krullfarrn. W.

Habitat in insula Borboniae. 24. *(v. s.)* *D. Flügge.*

Stipes *tripollicaris subtrigonus atro-fuscus nitidus glaber.* Frons *tripollicaris triplicato-pinnata.* Pinnae *lineam longae subrotundo-rhombeae obtusissimae indivisae, in sterilibus apice crenatae, in fertilibus integerrimae.* Sori *lineares continui.* Indusium *membranaceum. Affine A. aethiopico, sed parvitate, soris linearibus continuis abunde diversum.* W.

50. ADIANTUM *aethiopicum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subrotundo-obovatis obtusis integris subemarginatis apice crenatis, indusiis lunatis, stipite tereti canaliculato. W.

A. frondibus supradecompositis, pinnis integris rotundatis crenatis petiolatis capillaribus. *Sp. pl.* 1560. *Berg cap.* 359.

A. fronde tripinnata, pinnulis rhombeis crenulatis. *Thunb. prod.* 173.

A. frondibus supradecompositis, pinnulis cuneatis superne rotundatis inciso-lobatis crenulatis, lobis emarginatis soriferis, indusiis reniformibus. *Swartz synop. filic.* 125.

A. fruticosum aethiopicum, pinnulis amplis subrotundis superne dentatis, media pinnarum parte petiolis insidentibus. *Pluk. alm.* 10. *t.* 253. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst 13. *p.* 265. *t.* 100. *f.* 3.

Capischer Krullfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

Pinnulae *non sunt lobato-incisae, quandoque emarginatae.* W.

* 51. ADIANTUM *trigonum.*

A. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subrotundo-rhombeis obtusis trilobis apice crenatis, indusiis lunatis, stipite trigono. W.

A. fronde supradecomposita, pinnulis obovato-rhombeis, superne crenulatis incisis, sinubus soriferis, stipite trigono. *Billard. nov. Holland.* 2. *p.* 99. *t.* 248. *f.* 2.*

Dreikantiger Krullfarrn. W.

Habitat in Novae Hollandiae *capite* Van Diemen. 4. (*v. s.*)

Valde simile A. aethiopico, sed characteribus indicatis diversum. W.

* 52. ADIANTUM *assimile.*

A. frondibus bipinnatis, pinnulis obovatis obtusis apice crenatis, soris oblongis. W.

A. frondibus supradecompositis, pinnulis rhombeo-subrotundis radiato-venosis, antice crenatis, crenis soriferis. *Swartz synop. filic.* 125. *et* 322. *t.* 3. *f.* 4.*

Aehnlicher Krullfarrn. W.

Habitat in Nova Hollandia. 4.

* 53. ADIANTUM *pallens.* †

A. frondibus quadruplicato-pinnatis, pinnulis oblongis cuneatis obtusis inciso-serratis, infimis basi subauriculatis, soris oblongis. W.

A. frondibus supradecompositis, pinnulis ovato-rhombeis sursum incisis, infimisque basi subauritis. *Swartz synop. filic.* 125. *et* 323.

Filix adianto nigro officinarum similis pediculo viridi, pinnulis magis eleganter incisis ex insula Cheusan. *Pluk. alm.* 91. *t.* 403. *f.* 2. *ramulus frondis.*

Bleicher Krullfarrn. W.

Habitat in China. 4.

Stipes *teretiusculus, altero latere canali-*

culatus, glaber, nitens, pallescens vel flavicans, crassitie culmii secalini. Frons *supradecomposita sesquipedalis, ramis alternis patentibus.* Foliola *subopposita rhomboidea acuminata, in apicem lanceolatum pinnatifidum desinentia subcaudata bipinnatifida, superne simpliciter pinnata.* Pinnae *alternae oblongae rhomboideae basi cuneatae deorsum planiusculae, sursum obtusangulae, incisae vel serratae, lacinia baseos major ovata, in pinnis inferioribus distincta, omnes striatae.* Pinnae *fructificantes minus incisae, basi tantum sursum auritae, laciniula cuneata retusa.* Sori *marginales, imprimis margine superiori, majusculi, respectu pinnarum, in majoribus duo seu tres, in minoribus solitarii, oblongi,* Indusiis *subreniformibus albicantibus integris inflexis basi adnati tectique.* Capsulae *pallide ferrugineae gyris subfuscis.* Color *filicis saturate viridis nitens, subtus pallidior. Habitu et colore Dicksoniis accedit, sed indusia simplicia intus dehiscentia.* Swartz l. c.

* 54. ADIANTUM *polyphyllum.* W.

A. frondibus quadruplicato-pinnatis, pinnulis oblongis dimidiatis obtusis, basi truncatis, margine superiore inciso-serratis, serraturis denticulatis, soris oblongis. W.

Vielblättriger Krullfarrn. W.

Habitat ad Caracas. 24. *(v. s.) Bredemeyer.*

Stipes *atro-fuscus nitidissimus teres canaliculatus.* Frons *tripedalis quadruplicato-pinnata.* Pinnae *primariae quinque- vel sexpollicares; secundariae tri- vel quadripollicares; propriae bi- s. tripollicares.* Pinnulae *sex- vel octolineares oblongae obtusae dimidiatae, basi truncatae, margine superiore inciso-serratae, serraturis obtusis denticulatis.* Sori *oblongi plerumque sex vel octo in margine superiore pinnulae.* W.

* 1976. CHEILANTHES.

Swartz synop. filic. p. 5.

Sori punctiformes discreti, marginales, tecti *Indusio* squamiformi marginali interius dehiscente.

† *Fronde pinnata.*

* 1. CHEILANTHES *micropteris.*

C. frondibus pinnatis, pinnis subrotundis repando-crenatis hirtis. W.

C. frondibus pinnatis linearibus, pinnis subsessilibus subrotundis inciso-crenatis hispidulis. *Swartz synop. filic.* 126. *et* 324. *t.* 3. *f.* 5.*

Kleiner Schuppenfarrn. W.

Habitat in Quito. 2.

†† *Fronde bipinnata.*

2. CHEILANTHES *pteroides.*

C. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus bipinnatis, pinnulis ovato-ellipticis obtusis obsolete subcordatis crenulatis, soris contiguis, stipite glaberrimo, rachibus subpilosis. W.

C. frondibus supradecompositis glabris, foliolis tripinnatis, pinnulis cordato-ovatis crenulatis, soris contiguis, indusiis imbricatis, stipite glaberrimo, *Swartz synop. filic.* 128.

Adiantum *(pteroides)* fronde supradecomposita, pinnis ovato-oblongis integris crenulatis, stipite laevi. *Mant.* 130.

Adiantum fronde tripinnata, pinnulis ovatis crenatis. *Thunb. prod.* 173.

Pteris orbiculata. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 120. *t.* 96. *f.* 3.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 265.

Saumfarrnartiger Schuppenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 2. *(v. s.)*

Stipes *glaberrimus.* Rachis *junioris frondis pilis sparsis tenuibus obsita.* W.

* 3. CHEILANTHES *viridis*. †

C. frondibus bipinnatis, pinnulis ovatis integerrimis, terminalibus ovato-lanceolatis subhastatisve, stipite laevi. *Swartz synop. filic.* 127.

Adiantum viride. *Vahl. symb.* 3. *p.* 104.*

Pteris viridis. *Forsk. descr.* 186.*

Grüner Schuppenfarrn. W.

Habitat in Arabia *felici.* 24.

* 4. CHEILANTHES *pulchella.*

C. frondibus bipinnatis, pinna infima bifida, pinnulis linearibus integerrimis obtusis sessilibus, soris contiguis. W.

C. frondibus quinquangulis bipinnatis, pinnis inferioribus appendiculatis, soris argenteis. *Bory in litt.*

Zierlicher Schuppenfarrn. W.

Habitat in rupibus Teneriffae. 24. *(v. s.)*

Stipes *tripollicaris semiteres canaliculatus fuscus glaber.* Frons *bipollicaris circumscriptione quinquangulari-ovata, bipinnata.* Pinnae *semipollicares et longiores, infima bipartita.* Pinnae *tri- vel quadrilineares sessiles oppositae angustissime lineares obtusae.* Sori *valde approximati marginem integrum occupantes.* Indusia *oblonga membranacea alba demum fuscescentia.* Capsulae *immaturae albae demum fuscae.* W.

* 5. CHEILANTHES *suaveolens.*

C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis ovato-oblongis obtusis integerrimis, infimis pinnarum inferiorum pinnatifidis, stipite filiformi hirto. W.

C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis ovalibus integris, infimis lobatis pinnatifidisque, stipite filiformi paleaceo. *Swartz synop. filic.* 127. *Schkuhr. crypt.* 116. *t.* 19.

Polypodium fragrans. *Desf. atl.* 2. *p.* 408. *t.* 257.* *excluso synonymo. Petiv. gazoph. t.* 73. *f.* 4.

Wohlriechender Schuppenfarrn. W.
Habitat in fissuris rupium Barbariae, Natoliae. 24.

* 6. CHEILANTHES *odora.*

C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis oblongis obtusis sinuato-pinnatifidis, laciniis rotundatis obtusis integerrimis, stipite filiformi piloso. W.
C. frondibus tripinnatis ovatis glabris, pinnulis subrotundis ovalibusque terminalibus lobatis, stipite filiformi piloso. *Swartz synop. filic.* 127. *et* 327.* *Willd. enum.* 1075. *Schkuhr. crypt.* 115. *t.* 123.
Pteris *(acrosticha)* frondibus duplicato-pinnatis, pinnis ovatis sublobatis, margine reflexis, punctis vix distinctis. *Balbis addit. ad fl. pedem. p.* 98. *Ejusd. misc. bot.* 46.
Adiantum pusillum. *Allion.*
Riechender Schuppenfarrn. W.
Habitat in rupibus Italiae, Helvetiae. 24. (*v. v.*)

7. CHEILANTHES *fragrans.*

C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis oblongo-lanceolatis obtusis pinnatifido-incisis, laciniis subbifidis, stipite paleaceo. W.
C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis ovatis obtusis, sinuato-pinnatifidis, laciniis incisis, stipite paleaceo. *Swartz synop. filic.* 127. *et* 325. *t.* 3. *f.* 6.*
Polypodium *(fragrans)* frondibus bipinnatis, pinnis ovatis sublobatis subtus nudis, margine reflexis, fructificationibus marginalibus. *Mant.* 307.
Polypodium pterioides. *Syst. plant. ed. Reich.* 4. *p.* 424.
Adiantum *(fragrans)* frondibus bipinnatis, pinnis ovatis sublobatis obtusis subtus nudis. *Lin. suppl.* 447.
Schönriechender Schuppenfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* 24. (*v. s.*)

* 8. CHEILANTHES *microphylla.*

C. frondibus bipinnatis pilosiusculis, pinnis infimis subbipinnatis, pinnulis oblongis obtusis crenulatis, stipite glabro, rachibus pilosis. W.

C. frondibus bipinnatis lanceolatis utrinque stipiteque pubescentibus, pinnulis oblongis obtusis crenulatis, infimis subpinnatis. *Swartz synop. filic.* 127.

Adiantum *(microphyllum)* frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis crenulatis, infimis subpinnatis. *Swartz fl. ind. occid.* 3. *p.* 1713.* *prod.* 135.

Adiantum nigrum ramosum minus, ramulis surculis et pinnulis raris minimis subrotundis. *Sloan jam. hist.* 1. *p.* 93. *t.* 13. *f.* 2. *mala.*

Lonchitis minima ramosa. *Plum. fil.* 44. *t.* 58.

Kleinblättriger Schuppenfarrn. W.

Habitat in sylvis montium Jamaicae, Hispaniolae. 24. (*v. s.*)

* 9. CHEILANTHES *hirta.*

C. frondibus bipinnatis tripinnatifidisque hirtis, pinnulis ovatis crenulatis subtus rachibusque paleaceo-hirtis. *Swartz synop. filic.* 128. *et* 329.*

Adiantum caffrorum, *Swartz in Schrad. journ.* 1800. 2. *p.* 85.

Haariger Schuppenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

* 10. CHEILANTHES *vestita.*

C. frondibus bipinnatis utrinque hirtis, pinnulis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis integerrimis stipite rachibusque hirtis. W.

C. frondibus bipinnatis bipinnatifidisque hispidulis, laciniis ovatis integris, rachive stipiteque hirtis. *Swartz synop. filic.* 128. *Schkuhr. crypt.* 116. *t.* 124.

Adiantum vestitum. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 122.

Aspidium *(lanosum)* pinnis pinnatifidis distanti-

bus, lobulis subrotundis ovalibus integris, soris demum confertis, fronde tota lanosissima. *Swartz synop. filic.* 58.

Nephrodium *(lanosum)* parvulum elegans totum lanosissimum, fronde oblonga bipinnatifida, pinnis distantibus, pinnulis pinnatifidis, lobulis subrotundo-ovalibus integris, punctis demum contiguis. *Mich. amer. 2. p. 270.*

Behaarter Schuppenfarrn. W.

Habitat in rupibus Pensylvaniae, Carolinae. 24. *(v. s.)*

* 11. CHEILANTHES *parviloba.*

C. frondibus bipinnatis glabris, pinnulis trilobatis convexis crenulatis, medio oblongo, lateribus subrotundis, rachibus hirtis. *Swartz synop. filic.* 128. *et* 331.*

Kleinlappiger Schuppenfarrn. W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

†† *Fronde tri- vel quadripinnata.*

* 12. CHEILANTHES *capensis.*

C. frondibus triplicato-pinnatis glabris, pinnulis ovatis indivisis coadunatis dentato-crenulatis, soris contiguis. W.

C. frondibus decompositis glabris, foliolis subbipinnatis, pinnulis ovatis indivisis coadunatis dentato-crenulatis, soris contiguis. *Swartz synop. filic.* 128.

Adiantum *(capense)* frondibus decompositis, pinnulis ovatis serratis. *Thunb. prod.* 173.

Capischer Schuppenfarrn, W.

Habitat ad Cap. b. spei. 24.

* 13. CHEILANTHES *multifida.*

C. frondibus triplicato-pinnatis glabris, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis obovatis concavis obtuse dentatis. W.

C. frondibus supradecompositis glabris, foliolis tripinnatifidis, lacinulis obovatis convexis inciso-crenatis. *Swartz synop. filic.* 129. *et* 334.*

Vieltheiliger Schuppenfarrn. W.
Habitat ad Cap. b. spei. 24. *(v. s.)*

* 14. CHEILANTHES *lentigera.*

C. frondibus tripinnatis subvillosis, foliolis orbiculatis minimis. *Swartz synop. filic.* 128. *et* 328.*
Pteris *(lendigera)* foliis tripinnatis, foliolis orbiculatis minimis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 664.
Filicula americana villosa, tenuissime divisa, pinnulis subrotundis. *Amman. Comm. petrop. X. p.* 302. *t.* 22. *f.* 3.
Linsenförmiger Schuppenfarrn. W,
Habitat in regno Quitensi *et* Nova Hispania. 24.

* 15. CHEILANTHES *dichotoma.*

C. frondibus quadriplicato-pinnatis glabris, pinnulis trilobis obtusis subcrenatis. W.
C. frondibus supradecompositis glabris, foliolis tripinnatis, rachibus flexuosis, pinnulis distinctis subrotundis lobatis, lobis crenulatis. *Swartz synop. filic.* 129. *et* 335. *t.* 3. *f.* 7.*
Dreilappiger Schuppenfarrn. W.
Habitat in monte St. Antonii *regni* Quitensis. ♃.
Frons *nullo modo dichotoma, sed regulariter quadruplicato-pinnata.* W.

* 16. CHEILANTHES *tenuifolia.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis obovato-oblongis subcrenatis, apice confluentibus. W.
C. frondibus bipinnatis supradecompositis glabris, foliolis laxis subbipinnatis, pinnulis oblongis crenatis. *Swartz synop filic.* 129. *et* 332. *Schkuhr. crypt.* 117. *t.* 125.
Acrostichum *(tenue)* frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis obovatis apice crenatis. *Retz. observ.* 6. *p.* 39.*
Pteris *(humilis)* frondibus subbipinnatis, foliolis oblongis incisis subpinnatis, extimis obsolete crenatis confluentibus. *Forst. prod. n.* 421?

Trichomanes *(tenuifolia)* frondibus supradecompositis, pinnis inferioribus alternis pinnatifidis, superioribus oppositis, foliis lanceolatis incisis. *Burm. ind.* 237.
Dryopteris campestris. *Rumph. amb.* 6. *p.* 77. *t.* 34. *f.* 2.
Dünnblättriger Schuppenfarrn. W.
Habitat in India *orientali.* 4. *(v. s.)*

* 17. CHEILANTHES *davallioides.*

C. frondibus quadruplicato-pinnatis, pinnulis obovato-oblongis integerrimis obtusis, apice confluentibus. W.
Cheilanthes davallioides. *Bory in litt.*
Davallienartiger Schuppenfarrn. W.
Habitat in insula Mauritii, Borboniae. 4. *(v. s.)*

Stipes *viridis glaber.* Frons *tripedalis quadruplicato-pinnata.* Pinnae *primariae octopollicares; secundariae quadripollicares; propriae quatuordecimlineares.* Pinnulae *tri- vel quadrilineares inferiores petiolatae, superiores confluentes obovato-oblongae obtusae integerrimae.* Sorus *oblongus terminalis.* Indusium *membranaceum fuscescens interius dehiscens. Dubius sum an Adiantum pallens Swartzii ab hac sit diversum? sed figura Plukenetii minime quadrat, et est vera hujus generis species.* W.

* 18. CHEILANTHES *anthriscifolia.* W.

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis margine superiore inciso-dentatis. W.
Lonchitis *(anthriscifolia)* frondibus tripinnatis, pinnulis pinnatifidis dentatis ovalibus oblongis. *Bory in litt.*
Kerbelblättriger Schuppenfarrn. W.
Habitat in sylvis insulae Borboniae. 4. *(v. s.)*

Stipes *glaber profunde canaliculatus.* Frons *quinquepedalis triplicato-pinnata.* Pinnae *primariae alternae fere pedales; secundariae sesqui- vel bipollicares etiam alternae.* Pinnulae

oppositae quadrilineares oblongae pinnatifidae. Laciniae *lineam longae oblongae obtusae, margine superiore inciso-dentatae, dentibus obtusis, margine inferiore integerrimae.* Sori *subrotundi minuti, ad basin cujuslibet laciniae unicus.* Indusium *membranaceum interius dehiscens.* W.

* 19. CHEILANTHES *arborescens.*

C. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis inferioribus pinnatifidis, laciniis acutis, superioribus serratis, rachibus pilosis, caudice arborescente. W.

C. frondibus supradecompositis glabris, foliolis quadripinnatis patentibus, pinnulis lineari-oblongis serratis, infimis pinnatifidis. *Swartz synop. filic.* 129. *et* 336.*

Lonchitis *(tenuifolia)* arborescens, frondibus decompositis, foliis pinnatis, pinnis lineari-oblongis serratis, infimis pinnatifidis. *Forst. prod. n.* 424.

Baumartiger Schuppenfarrn. W.

Habitat in insula Tanna. ♄ *(v. s.)*

1977. LONCHITIS.

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1629.

Sori lunati sinubus frondis subjecti. *Indusium e* margine frondis inflexo, interius dehiscens.

1. LONCHITIS *aurita.*

L. frondibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, infimis bipartitis, lobis obtusis undulatis apice denticulatis, stipite aculeato. *Swartz synop. filic.* 93.

L. frondibus pinnatis, pinnis infimis bipartitis, surculis indivisis aculeatis. *Sp. pl.* 1536.

Filix latifolia spinis mollibus et nigris aculeata. *Plum. fil.* 14. *t.* 17.

Filix spinosa, seminibus lunatis. *Petiv. fil.* 172. *t.* 4. *f.* 4.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 130.
Geöhrter Buchtenfarrn. W.
Habitat in Martinica. 24.

2. LONCHITIS *hirsuta.*

L. frondibus bipinnatis hirsutis, pinnis pinnatifidis acuminatis, laciniis obtusis, sterilibus repando-dentatis, fructiferis sinuatis, stipite rachibusque villosis. W.
L. frondibus pinnatifidis obtusis integerrimis, surculis ramosis hirsutis. *Sp. pl.* 1536.
L. frondibus decompositis stipiteque hirsutis, pinnis pinnatifidis, lobis crenatis. *Swartz synop. filic.* 93. *Schkuhr. crypt.* 81. *t.* 2. *et.* 86. *Sprengel Anleit.* 3. *t.* 4. *f.* 27.
Filix ramosa, pinnulis quercinis. *Plum. fil.* 16. *t.* 20.
Adiantum pinnis quercinis, ramis villosis. *Petiv. fil.* 82. *t.* 4. *f.* 5.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 129.
Behaarter Buchtenfarrn. W.
Habitat in Jamaica, Martinica. 24. *(v. s.)*

* 3. LONCHITIS *glabra.*

L. frondibus bipinnatis, pinnulis sessilibus decurrentibus lanceolatis acuminatis sinuato-pinnatifidis, laciniis subrotundis obtusis integerrimis, costa media rachibusque hirtis. W.
L. frondibus bipinnatis, pinnulis obtusis profundisque crenatis glabris. *Bory itin.* 1. *p.* 321.
L. frondibus decompositis glabris, pinnis subpinnatis, pinnulis profunde crenatis. *Swartz synop. filic.* 93.
Glatter Buchtenfarrn. W.
Habitat in insulae Borboniae *montosis sylvaticis.* 24. *(v. s.)*

Altitudinem frondis indicare non possum, est mihi tantum pinna primaria, cujus descriptionem dabo. Pinnae *septempollicares.* Pinnulae *bipollicares lanceolatae acuminatae sessiles alato-decurrentes apicem versus confluentes, si-*

nuato-pinnatifidae, laciniis bi- vel trilinea-ribus subrotundis obtusis integerrimis. Costa media *pinnularum et laciniarum pilis sparsis obsita.* Rachis *pilosa.* Sori *valde lunati in sinubus pinnularum.* Indusium *membranaceum interius dehiscens.* W.

4. LONCHITIS *repens.*

L. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis linea-ri-lanceolatis obtusis pinnatifido-sinuatis, laciniis obtusis integerrimis, stipite rachibusque aculeatis, caudice repente. W.

L. frondibus pinnatis, pinnis alternis sinuatis, surculis ramosis aculeatis. *Sp. pl.* 1536.

L. frondibus supradecompositis, pinnis attenuatis pinnatis, pinnulis obtusis crenatis, stipite rachibusque aculeatis. *Swartz synop. filic.* 93.

Filix aculeata repens. *Plum. fil.* 11. *t.* 12.

Filix ramosa aculeata repens. *Petiv. fil.* 39. *t.* 4. *f.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 130.

Kriechender Buchtenfarrn. W.

Habitat in Martinica. 24.

* 1978. DAVALLIA.

Smith Act. Taur. 5. *p.* 414. *t.* 9. *f.* 6.

Sori punctiformes subterminali-marginales distincti. *Indusium* superficiarium subcucullatum unoquoque puncto distinctum exterius dehiscens.

† *Fronde sinuata vel pinnatifida.*

* 1. DAVALLIA *heterophylla.*

D. frondibus sterilibus simplicissimis ovatis acutis integerrimis; fertilibus lineari-lanceolatis sinuatis, lobis serratis, caudice repente hispido. W.

D. frondibus sterilibus simplicissimis ovato-lanceolatis acutis integerrimis, fertilibus lineari-

lanceolatis sinuatis multifloris. *Smith Act. taur.* 5. *p.* 414.

D. frondibus sterilibus ovatis acutis integris, sessilibus lineari-lanceolatis sinuatis, lobis serratis, surculo repente hispido. *Swartz synop. filic.* 130. *et* 337.*

Humata *(Ophiglossa)* surculis repentibus hispidis, foliis petiolatis, sterilibus ovato-acutis, fructiferis linearibus longioribus triplo angustioribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 678.

Verschiedenblättrige Davallie. W.

Habitat in Sumatra, *insulis* Nicobaricis *et* Marianis. 24.

* 2. DAVALLIA *pinnatifida.* †

D. frondibus sterilibus ovato-lanceolatis integerrimis, fertilibus pinnatifidis, laciniis linearibus dentatis, caudice repente hispido. W.

D. frondibus sterilibus ovato-lanceolatis, fertilibus sinuato-pinnatifidis, surculo repente hispido. *Swartz synop. filic.* 130.

Humata *(pinnatifida)* surculis repentibus hispidis, foliis petiolatis, sterilibus ovato-lanceolatis, fructiferis pinnatifidis longioribus. *Cav. prael.* 1801. *n.* 679.

Halbgefiederte Davallie W.

Habitat in insulis Marianis. 24.

* 3. DAVALLIA *pectinata.* †

D. frondibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis, laciniis obtusis undulatis, infimis auriculatis semipinnatisque. *Smith Act. taur.* 5. *p.* 414. *Swartz synop. filic.* 130.

Kammförmige Davallie. W.

Habitat in India *orientali,* Otaheite. 24.

* 4. DAVALLIA *contigua.*

D. frondibus lineari-lanceolatis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus subrepandis obtusis, apice dentatis fructiferis, inferioribus et terminalibus minoribus. W.

D. frondibus lineari-lanceolatis pinnatifidis, pinnis coadunatis linearibus obtusis subincisis. *Swartz synop. filic.* 130. *et* 339.*

D. frondibus simpliciter pinnatis, pinnis alternis, lineari-deltoideis integris approximatis decurrentibus, perisporangiis ovatis glabris integris. *Hedw. filic.*

Trichomanes *(contiguum)* frondibus pinnatis, pinnis linearibus alternis approximatis integris, fructificantibus apice incisis. *Forst. prod. n.* 463.

Gedrängte Davallie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

5. DAVALLIA *pedata.*

D. frondibus quinquangulari-ovatis cordatis pinnatifidis, laciniis oblongo-linearibus apice serratis fructiferis, infima majori, margine superiore repanda, inferiore pinnatifida, caudice repente squamoso. W.

D. frondibus quinquangulis trifidis trifoliatisque pinnatifidis, surculo repente hispido. *Swartz synop. filic.* 131. *et* 341. *excluso synonymo Cavanillesii et descriptione frondis fructificantis.*

D. fronde quinquangula trifida pinnatifida, laciniis apice multifloris. *Smith Act. taur.* 5. *p.* 414.

Adiantum *(repens)* frondibus simplicibus trapeziformi-cordatis pinnatifidis, laciniis lanceolatis apice serratis floriferis, infimis incisis. *Lin. suppl.* 446.*

Fünfeckige Davallie. W.

Habitat in arboribus vetustis insulae Borboniae.

24. *(v. s.)*

Caudex *repens crassitie fili emporetici dense paleis lanceolatis fuscis obtectus.* Stipes *bipollicaris et longior semiteres leviter canaliculatus basi paleaceus.* Frons *bipollicaris et longior coriacea circumscriptione quinquangulari-ovata cordata pinnatifida.* Lacinia *infima de-*

cem linearis vel pollicaris obtusa a reliquis parum distans, margine exteriore pinnatifida, lobis linear-oblongis obtusis integerrimis apice serratis, margine interiore integerrima vel repanda. Laciniae *reliquae linear-oblongae integerrimae apice obtusae serratae, superiores sensim breviores in apicem confluentes.* Sori *in apice dentium laciniarum.* Indusium *ellipticum obtusum. Clarissimus Swartz hanc cum sequente conjunxit, a qua diversa:* fronde *non ternata sed re vera pinnatifida,* laciniis *apice tantum serratis.* W.

†† *Fronde ternata.*

* 6. DAVALLIA *serrata.* W.

D. frondibus ternatis, foliis pinnatifidis, laciniis frondis sterilis linear-oblongis obtusis serratis, laciniis frondis fructificantis linear-lanceolatis acutis profunde serratis, caudice repente. W.

Humata *(trifoliata)* surculis repentibus hispidis, foliis trifoliatis pinnatis sessilibus, medio longiore petiolato. *Cav. prael.* 1801. *n.* 680.*

Gesägte Davallie. W.

Habitat in insulis Marianis. 2. *(v. s.)*

Caudex *repens crassitie fili emporetici dense paleis lanceolatis fuscis obtectus.* Stipes *bipollicaris semiteres leviter canaliculatus paleaceus, paleis lanceolato-subulatis inferioribus confertioribus.* Frons *ternata sesqui- vel bipollicaris coriacea subtus ad venas paleis sparsis obsita.* Folia lateralia *frondis sterilis sessilia pinnatifida; laciniae exteriores oblongo-lineares obtusae majores trilineares obtuse serratae, laciniae inferiores brevissimae.* Folium intermedium *frondis sterilis pinnatifidum petiolatum, laciniis oblongo-linearibus obtuse serratis.* Folia lateralia *frondis fructificantis ejusdem formae sed laciniae angustiores acutae et profunde serratae.* Folium intermedium *frondis fruc-*

tificantis ut in sterili, sed laciniae lineari-lanceolatae acutae profunde serratae. Sori *subrotundi ad sinum serraturae.* Indusium *elliptico-oblongum obtusum. Simillima praecedenti.* W.

††† *Fronde pinnata.*

* 7. DAVALLIA *pinnata.* †

D. frondibus pinnatis, pinnis alternis linearibus crenatis, stipitibus triquetris. *Swartz synop. filic.* 131.

D. foliis pinnatis, pinnulis alternis linearibus crenatis, petiolis triquetris. *Cav. prael.* 1801. *n.* 689.

Gefiederte Davallie. W.

Habitat in Chili *et insulis* Philippinis. 4.

Frons *pedalis.* Pinnae *sexpollicares* Cav. l. c.

* 8. DAVALLIA *falcata.*

D. frondibus pinnatis, pinnis lanceolatis subfalcatis basi truncatis sursum auritis, soris tomentosis. *Swartz synop. filic.* 131. *et* 340.

Sichelblättrige Davallie. W.

Habitat in India *orientali.* 4.

Stipes *teres.* Frons *bipedalis erecta lanceolata acuminata pinnata.* Rachis *teres glabra, versus apicem hirta.* Pinnae *alternae subsessiles lanceolatae falcatae acuminatae bipollicares patentes, basi subtruncatae, sursum auricula erecta ovata acutiuscula vel obtusa auctae; deorsum obtusangulatae, margine duplicato-serratae, supra glabrae vix nervosae, subtus squamulis piliferis adpressis hinc inde sparsis.* Sori *marginales remoti, ad apices pinnarum exserti ovati;* Indusiis *villis ferrugineis hirtis, apice contracto dehiscentibus.* Capsulas *non vidi. Habitus Aspidii auriculati. Ab Humata falcata Cavanilles diversissima.* Swartz l. c.

9. DAVALLIA *triloba.* †

D. frondibus pinnatis, pinnis alternis petiolatis

tripartitis, laciniis subrotundo-obovatis obtusis inciso-crenatis, caudice repente. W.

Adiantum *(trilobum)* frondibus compositis, pinnis tripartitis obtusis incisis multifloris. *Sp. pl.* 1557.

Adiantum triphyllum repens. *Petiv. fil.* 100. *t.* 11. *f.* 9.

Adiantum humile trifoliatum et repens. *Plum. fil.* 82. *t.* 99. *f. C.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 250.

Dreilappige Davallie. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

††† *Fronde bi- seu tripinnata.*

* 10. DAVALLIA *hirsuta.*

D. frondibus subbipinnatis pubescentibus, pinnulis coadunatis lanceolato-falcatis antrorsum crenatis. *Swartz synop. filic.* 131. *et* 343.*

Trichomanes *(hirsutum)* frondibus bipinnatifidis hirsutis, pinnulis crenatis. *Thunb. jap.* 339. *excluso synonymo.*

Rauhe Davallie. W.

Habitat in Japonia. 24.

Frons *cum stipite tota pilis densis brevissimis hirsuta, spithamaea, bipinnatifida.* Pinnae *alternae lanceolatae obtusiusculae, sensim breviores pinnatifidae,* Pinnulae *lanceolatae crenatae.* Fructificationes *solitariae in crenis pinnularum.* Thunb. l. c.

* 11. DAVALLIA *adiantoides.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis acuminatis, basi cuneatis, pinnatifido-dentatis, laciniis ovatis, fructificantibus crenulatis, caudice arborescente. W.

D. frondibus decompositis, foliolis subtripinnatifidis, pinnis lanceolatis acuminatis, laciniis ovatis obtusis crenulatis, soris subrotundis subexsertis. *Swartz synop. filic.* 131.

Davallia domingensis. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 149. *t.* 3. *f.* 33.

Filix arborescens adiantoides minor. *Plum. fil.* 8. *t.* 7.
Krullfarrnartige Davallie. W.
Habitat in Hispaniola. ♄. *(v. s.)*

* 12. DAVALLIA *arborescens.* W. †
D. frondibus bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acuminatis pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis margine superiore crenatis, caudice arborescente. W.
Filix arborescens adiantoides major. *Plum. fil.* 7. *t.* 6.
Baumartige Davallie. W.
Habitat in Hispaniola. ♄.

* 13. DAVALLIA *solida.*
D. frondibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis oblongis obtusis obtuse dentatis, basi cuneatis, superioribus repandis. W.
D. frondibus decompositis, foliolis trapezoideis bipinnatis, pinnulis cuneatis oblongis obtusis incisis crenatis, crenis obtusis, soris insertis lineari-oblongis, indusiis retusis. *Swartz synop. filic.* 132. *et* 345.* *Schkuhr. crypt.* 113. *t.* 126.
D. *(procera)* frondibus erectis pinnatis, pinnis alternis ovatis acuminatis incisis, segmentis dentatis fructiferis, perisporangiis integris obtuse ovatis, in membrana segmentorum utrinque dispositis. *Hedwig fil.*
Trichomanes *(solidum)* frondibus decompositis, foliolis acuminatis, pinnis ovato-oblongis incisis crenatis, fructificationibus filiformibus tubulosis. *Forst. prod. n.* 475.
Feste Davallie. W.
Habitat in insulis Maris pacifici. 24. *(v. s.)*
Circumscriptio frondis quinquangulari-ovata. Indusia *in hac et sequenti truncata nec retusa.* W.

* 14. DAVALLIA *elegans.*

D. frondibus bipinnatis, pinna infima bipinnata, pinnulis basi cuneatis oblongo-lanceolatis inciso-serratis, serraturis bidentatis. W.

D. frondibus decompositis, foliolis apice pinnisque attenuatis, pinnulis lanceolatis incisis serratis, serraturis emarginatis bidentatis, fructificationibus insertis. *Swartz synop. filic.* 132. *et* 347.*

D. *(bidentata)* frondibus decompositis, foliis ovato-lanceolatis acuminatis bipinnatis, foliolis ovatis, laciniis oblongo-ovatis inciso-bidentatis, soris ovatis insertis, indusiis retusis. *Schkuhr. crypt.* 119. *t.* 127.

Adiantum denticulatum. *Houttuyn Lin. Pfl. Syst.* 13. *p.* 254. *t.* 100. *f.* 2. *exclusis synonymis.*

Schöne Davallie. W.

Habitat in Tranquebaria, Java. 24. *(v. s.)*

* 15. DAVALLIA *pyxidata.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus bipinnatis, pinnulis oblongis pinnatifidis, laciniis dentatis, dentibus inferioribus inaequaliter obtuse bifidis, reliquis indivisis. W.

D. frondibus decompositis, foliolis trapezoideis bipinnatis, pinnulis oblongo-lanceolatis incisis subpinnatifidis, lacinia baseos deorsum majori, margine crenatis, crenis emarginatis. *Swartz synop. filic.* 123.

D. foliis bipinnatis alternis, foliolis lanceolatis pinnatifidis, fructificationibus pyxidatis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 694.*

Büchsentragende Davallie. W.

Habitat in Nova Hollandia *inque insulis* Philippinis. 24. *(v. s.)*

Caudex *ramosus paleis fuscis obtectus ut in D. solida et canariensi.* Stipes *frondis sterilis bi- s. tripollicaris, frondis fructificantis quadripollicaris et altior teres canaliculatus.* Frons

sterilis *circumscriptione quinquangulari-ovata bipinnata sexpollicaris.* Pinnae *inferiores subbipinnatae.* Pinnulae *oblongae quinquelineares acutae subdentatae, superiores confluentes, inferiores pinnatifidae, lacinius oblongis acutis apice obsolete subdentatis, lacinia infima interiore majori.* Frons fructificans *septem- vel octopollicaris bipinnata, pinnis inferioribus bipinnatis.* Pinnulae *pollicares oblongae acutae pinnatifidae* Laciniae *oblongae dentatae, dentibus obtusis, inferioribus inaequaliter bidentatis.* Sori *et* Indusia *ut in duabus praecedentibus.* W.

* 16. DAVALLIA *caudata.* †

D. frondibus bipinnatis, pinnulis acuminatis, basi sursum subauritis, crenis obtusis. W.

D. frondibus decompositis, foliolis lato-lanceolatis subbipinnatifidis apice attenuatis, pinnis acuminatis, basi sursum subauritis, crenis obtusis. *Swartz synop. filic.* 132.

D. foliis bipinnatis, pinnulis alternis petiolatis, primariarum acumine longe producto, fructificationibus oblongis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 695.*

Geschwänzte Davallie. W.

Habitat in Philippinis. 24.

* 17. DAVALLIA *elata.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis primariis longissime acuminatis, pinnulis oblongo-lanceolatis acutis inciso-serratis, serraturis fructificantibus bidentatis. W.

D. frondibus decompositis, foliolis tripinnatifidis strictis, pinnulis oblongo-lanceolatis incisis, laciniis oblongis apice bidentatis, soris insertis ovatis. *Swartz synop. filic.* 131. *et* 344.* *Schkuhr. crypt.* 120. *t.* 127. *b.*

Wibelia elata. *Bernhardi in Schrad. Journ.* 1801. 1. *p.* 122. *t.* 1. *f.* 2.

Trichomanes *(elatum)* frondibus decompositis, foliolis pinnatis, pinnis oblongis strictis, pin-

natifido-incisis, segmentis oblongis apice serratis, fructificationibus terminalibus ovatis. *Forst. prod. n.* 474.

Erhabene Davallie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24. *(v. s.)*

* 18. DAVALLIA *epiphylla.*

D. frondibus bipinnatis, pinnis inferioribus bipinnatis, pinnis primariis et secundariis longissime acuminatis, pinnulis lineari-lanceolatis inciso-serratis, serraturis fructificantibus bidentatis. W.

D. frondibus bipinnatifidis, foliolis apice attenuatis, pinnis lanceolatis, laciniis inciso-serratis. *Swartz synop. filic.* 134. *et* 352.* *Schkuhr. crypt* 120. *t.* 127. *b.*

Trichomanes *(epiphyllum)* frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis acuminatis, pinnis linearibus inciso-serratis, fructificationibus in pagina superiore infra apicem incisurarum squamaceis. *Forst. prod. n.* 471.

Starkhaufige Davallie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24. *(v. s.)*

Valde similis praecedenti. W.

* 19. DAVALLIA *patens.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis primariis et secundariis acuminatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus dentatis, dente terminali bidentato fructificante. W.

D. frondibus decompositis, foliolis suboppositis patentissimis tripinnatis, pinnulis lanceolatis pinnatifidis, laciniis linearibus fructificatione subexserta terminatis. *Swartz synop. filic.* 132. *et* 348.*

Ausgebreitete Davallie. W.

Habitat in India *orientali.* 24. *(v. s.)*

* 20. DAVALLIA *ferruginea.* †

D. frondibus tripinnatis ferrugineis, pinnis alternis infimis remotioribus, pinnulis cuneatis-

apice obtusis bi- s. trifidis. *Swartz synop. filic.* 134.

D. foliis tripinnatis, pinnulis alternis, foliolis cuneatis bi- trifidis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 691.*

Rostfarbene Davallie. W.

Habitat in Philippinis. 24.

* 21. DAVALLIA *glauca.*

D. frondibus tripinnatis glaucis, pinnis alternis, pinnulis linearibus pinnatifidis acutis, soris solitariis globosis. *Swartz synop. filic.* 134.

D. foliis tripinnatis, pinnulis alternis glaucis, foliolis linearibus pinnatifidis acutis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 693.

Graue Davallie. W.

Habitat in alpibus Peruvianis. 24.

22. DAVALLIA *chinensis.*

D. frondibus bipinnatis, pinnulis cuneiformibus incisis obtusis, inferioribus pinnatifidis, laciniis cuneatis obtusis, inciso-dentatis. W.

D. frondibus alternatim decompositis subtripinnatis, lacinulis cuneiformibus obtusis, soris subgeminis. *Swartz synop. filic.* 133.

Trichomanes *(chinense)* frondibus supradecompositis, foliolis pinnisque alternis lanceolatis, pinnis laciniis cuneiformibus. *Sp. pl.* 1562. *Osb. itin.* 222. *t.* 6.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 273.

Habitat in China. 24.

Radix *vix villosa.* Stipes *laevis, antice subcanaliculatus, sed margine obtuso, nec marginata ut in D. canariensi.* Frons *lanceolata pedalis ex foliis alternis lanceolatis.* Folia *alterna alternatim pinnata.* Pinnae *alternatim pinnatifidae, segmentis cuneiformibus, alternis, saepe bifloris.* Sp. pl. l. c.

23. DAVALLIA *canariensis.*

D. fronde tripartita, ramis triplicato-pinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis sterilibus lan-

ceolatis subtridentatis, fructiferis subtruncato-cuneatis retusis. W.

D. frondibus tripartitis alternatim decompositis, lacinulis lanceolatis, fructiferis obovatis. *Swartz synop. filic.* 134.

Trichomanes (*canariense*) frondibus supradecompositis tripartitis, foliolis alternis pinnatifidis. *Sp. pl.* 1562. *Brot. lusit.* 2. *p.* 395.

Polypodium (*lusitanicum*) frondibus supradecompositis, foliolis alternis, pinnis oblongis longitudinaliter pinnatifidis. *Sp. pl.* 1556. *Roy. lugdb.* 500.

Filix lusitanica polypodii radice. *Magn. hort.* 79. *t.* 79.

Filix ramosa canariensis, rutae murariae pinnulis angustis altius incisis mediae costae alternatim alligatis. *Pluk. alm.* 156. *t.* 291. *f.* 2.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 274.

Canarische Davallie. W.

Habitat in Canariis, *inque* Lusitania. 24. *(v. v.)*

24. DAVALLIA *chusana.* †

D. frondibus bipinnatis, pinnulis pinnatifidis, laciniis lineari-cuneiformibus incisis. W.

Adiantum (*chusanum*) frondibus decompositis, pinnis alternatim pinnatifidis, lobis inaequalibus. *Sp. pl.* 1558.

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 254.

Cheusanische Davallie. W.

Habitat in China. 24.

Frons *lanceolata glabra.* Foliola *alterna lanceolata, alternatim pinnata.* Pinnae *alternatim pinnatifidae, lobis lineari-cuneiformibus incisis.* Sp. pl. l. c.

* 25. DAVALLIA *gibberosa.*

D. frondibus triplicato-pinnatis subtus glaucescentibus, pinnulis pinnatifidis, laciniis linearibus obtusis, fructiferis bidentatis gibbis. W.

D. frondibus tripinnatifidis subtus glaucis, pinnulis oblongis, laciniis linearibus gibbis ob-

tusis, margine interiore soriferis. *Swartz synop. filic.* 134. *et* 351.* *Schkuhr. crypt.* 121. *t.* 128.

D. (*glaucescens*) frondibus pinnatis bipinnatisque patentibus, pinnis elongatis alternis pinnatifidis, inferiore pagina glaucescente, pinnarum segmentis lineari-rotundatis integris, perisporangiis ovalibus ad latus apicis segmentorum. *Hedw. fil.*

Trichomanes (*gibberosum*) frondibus bipinnatis, foliolis pinnatis, pinnis oblongis pinnatifido-incisis, segmentis linearibus integris, margine interiore infra apicem fructificantibus. *Forst. prod. n.* 470.

Höckerige Davallie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 26. DAVALLIA *retusa.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subtripartitis, laciniis lato lineari-cuneatis truncatis apice subbifidis retusis. W.

D. frondibus alternatim decompositis, foliolis tripinnatis, pinnulis lato-cuneiformibus bi-s. tripartitis striatis retusis, soris subgeminatis. *Swartz synop. filic.* 133.

D. frondibus decompositis quadripinnatis, pinnulis alternis, foliolis cuneatis bi- tripartitis retusis. *Cav. prael.* 1801. *n.* 692.*

Abgestutzte Davallie. W.

Habitat in Marianis. 24. *(v. s.)*

Stipes *glaber teres canaliculatus.* Frons *fere tripedalis triplicato-pinnata.* Pinnae *primariae inferiores octopollicares, superiores sensim breviores; secundariae fere tripollicares.* Pinnulae *fere semipollicares petiolatae pinnatifidae vel si mavis tri- vel quinquepartitae.* Laciniae *quadrilineares lato lineari-cuneatae apice truncatae retusae.* Sorus *oblongus sub apice cujuslibet laciniae.* W.

* 27. DAVALLIA *cuneiformis.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis subtripartitis, laciniis alternis obovato-cuneatis truncatis, indusiis repandis. W.

D. frondibus alternatim decompositis, foliolis tripinnatifidis, lacinulis ovato-cuneiformibus incisis, soris geminatis. *Swartz synop. filic.* 133.

D. *(didyma)* frondibus pinnatis pinnatifidisque glabris flaccidis, pinnis alternis decurrentibus elongatis, pinnarum segmentis cuneiformibus integris alternatim decurrentibus, perisporangiis terminalibus didymis. *Hedw. fil.*

Trichomanes *(cuneiforme)* frondibus bipinnatis, foliolis alternis dichotomis pinnatis, pinnis alternis cuneiformibus incisis, fructificationibus truncato-laceris. *Forst. prod. n.* 469.

Keilförmige Davallie. W.

Habitat in insulis Maris pacifici. 24.

* 28. DAVALLIA *tenuifolia.*

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis profunde pinnatifidis, laciniis lineari-cuneatis, basi valde attenuatis, apice truncatis retusis. W.

D. frondibus alternatim decompositis, foliolis subquadripinnatis, lacinulis lineari-cuneiformibus retusis, soris geminatis. *Swartz synop. filic.* 133. *et* 350.*

D. *(venusta)* frondibus decompositis, foliis tripinnatis, pinnulis lineari-cuneiformibus clavatis alternis, apice soro subrotundo terminatis, indusiis truncatis. *Schkuhr. crypt.* 122. *t.* 128.

Adiantum tenuifolium. *Lam. encycl.* 1. *p.* 43.

Adiantum clavatum. *Forst. prod.* 459.

Adiantum nigrum chinense tenuiter divisum, pinnulis minimis obtusis plerumque bifidis. *Pluk. alm.* 10. *t.* 4. *f.* 1.

Dünnblättrige Davallie. W.

Habitat in monte Pollicis *insulae* Mauritii, *in*

India *orientali, inque insulis* Maris pacifici. 24. *(v. s.)*

29. DAVALLIA *clavata.*

D. frondibus bipinnatis, pinna infima subbipinnata, pinnulis lineari-cuneiformibus bipartitisve truncatis retusis, indusio denticulato. W.

D. frondibus alternatim decompositis remote tripinnatis, pinnulis lineari-cuneiformibus clavatis apice soro subrotundo terminatis, indusio denticulato. *Swartz synop. filic.* 133.

Adiantum (*clavatum*) frondibus supradecompositis, foliolis alternis, pinnis cuneiformibus integerrimis alternis unifloris. *Sp. pl.* 1559.

Adiantum fronde ramosissima divisa, foliolis linearibus retusis, inferne attenuatis. *Hort. cliff.* 474.

Adiantum clavis simplicibus. *Petiv. fil.* 95. *t.* 14. *f.* 7.

Adiantum minus, foliis in summitate retusis. *Plum. amer.* 34. *t.* 50. *f. B.*

Filicula pinnulis obtusis. *Tournef. inst.* 542. *Plum. fil.* 75. *t.* 101. *f. B.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 262.

Keulenblättrige Davallie. W.

Habitat in Hispaniola. 24.

30. DAVALLIA *trifoliata.* †

D. frondibus bipinnatis, pinnulis ternatis sessilibus angustissime linearibus truncatis, rachibus flexuosis. W.

D. frondibus alternatim decompositis flexuosis, pinnulis ternatis linearibus, soro solitario. *Swartz synop. filic.* 133.

Adiantum (*trifoliatum*) frondibus decompositis, foliis alternis ternatis linearibus unifloris. *Sp. pl.* 1558.

Adiantum clavatum triphyllum. *Petiv. fil.* 99. *t.* 11. *f.* 4.

Adiantum triphyllum et retusum. *Plum. fil.* 81. *t.* 99. *f. B.*

Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 254.
Dreiblättrige Davallie. W.
Habitat in Hispaniola. 24.

31. DAVALLIA *capillacea.* †
D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnulis filiformibus soro terminatis. W.
Trichomanes (*capillaceum*) frondibus supradecompositis, pinnis filiformibus linearibus unifloris. *Sp. pl.* 1562.
Adiantum capillaceum. *Plum. fil.* 83. *t.* 99. *f. D. Petiv. fil.* 96. *t.* 10. *f.* 7.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 275.
Haarförmige Davallie. W.
Habitat in Hispaniola. 24.

32. DAVALLIA *aculeata.*
D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis infimis triplicato-pinnatis, pinnulis cuneiformibus triquinquefidis, laciniis lanceolatis apice dentatis, rachibus flexuosis aculeatis. W.
D. fronde supradecomposita, pinnulis cuneiformibus lobatis subpalmatisque, lobis cuneatis, soris geminatis, indusiis patulis, rachi flexuosa aculeata. *Swartz synop. filic.* 134. *Fl. ind. occid.* 3. *p.* 1699.*
Adiantum (*aculeatum*) frondibus supradecompositis, pinnis palmatis multifloris, stipite aculeato. *Sp. pl.* 1559.
Adiantum caule fruticoso supradecomposito aculeato, frondibus palmatis. *Hort. cliff.* 473.
Adiantum flavum ramosissimum aculeatum, ramulis et frondibus tenuissimis. *Brown. jam.* 89.
Filix ramosa major, caule spinoso, pinnulis rotundis profunde laciniatis, cerefolii folio. *Sloan jam.* 23. *hist.* 1. *p.* 99. *t.* 61.
Houttuyn Lin. Pfl. Syst. 13. *p.* 263.
Stachliche Davallie. W.
Habitat in Jamaicae *et* Hispaniolae *apricis.* 24.

* 33. DAVALLIA *dumosa*.

D. frondibus triplicato-pinnatis, pinnis infimis triplicato-pinnatis, pinnulis subtrilobis, lobis obovato-cuneatis retusis, rachibus flexuosis aculeatis. W.

D. fronde supradecomposita, pinnulis lobatis subpalmatisque, lobulis cuneatis retusis, soris subgeminis inflexis, rachi flexuosa aculeata. *Swartz synop. filic.* 135. *et* 353.*

Adiantum aculeatum. *Sprengel Anleit.* 3. *p.* 150. *t.* 3. *f.* 37.

Adiantum frutescens spinosum et repens. *Plum. fil.* 77. *t.* 94.

Adiantum repens spinosum. *Petiv. fil.* 78. *t.* 11. *f.* 6.

Dornige Davallie. W.

Habitat in Hispaniola. 4.

34. DAVALLIA *fumarioides*.

